



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt laicam communionem non accipiat, qui per ambitionem episcopatum
acceperit. xix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

ris fastigium fuerint instituti, contra patrum decreta, hu *pæ Gal-*
 ius usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse didicimus, *liarū Epi*
 cū ad episcopatum his gradibus quibus frequentissimè *scopis m/s*
 cautū est, debeat perueniri, vt minoribus initiari officiis, *sis, ca. 16*
 ad maiora firmentur. Debet enim antea esse discipulus,
 quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didi-
 cit. Omnis vitæ institutio, hac ad id quo tendit se ratione
 confirmat. Qui minimè literis operam dederit, præceptor
 non potest esse literarum. Qui non per singula stipendia
 creuerit, ad meritum stipēdii ordinem non potest perue-
 nire. Solum sacerdotium inter ista rogo vilius est, quòd fa-
 cilis tribuitur, cū difficilius impleatur?

*Vt laicam communionem non accipiat, qui per ambitionem
 episcopatum acceperit. Cap. XIX.*

O SIVS episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extite *Ex cōcil.*
 rit temerarius, vt fortassis talem excusationem ad- *Sardicē-*
 ferens asseueret, quòd literas populi acceperit, cū ma- *si, cap. 2.*
 nifestum sit potuisse plures præmio & mercede corrumpi
 eorum qui synceram fidem non habent, vt clamarent in
 ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum, omnino
 has fraudes damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam in
 fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus pla-
 cet, statuite. Synodus respondit placet.

*Quòd episcopus esse non possit, qui nesciente metro-
 politano consecratus fuerit. Cap. XX.*

ILLVD autē ante omnia claret, quòd eū qui sine con- *Ex cōcil.*
 scientia metropolitani cōstitutus fuerit episcopus, iu- *Arala-*
 xta magnam synodum esse episcopum non debere. *tenfi, cap.*
6.

*Ne Episcopi per symoniacam hæresim, regimi-
 nis locum obtineant. Cap. XXI.*

CAUENDUM & summopere præcauendū ac per virtutē *Ex cōcil.*
 Christi sanguinis interdicens episcopis & regi- *Medensi,*
 bus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis *cap. 43.*
 fautoribus & electoribus quorumcunque, atque consensu
 ribus, seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, vt nemo
 per symoniacā hæresim, regiminis locū obtineat quacū-
 que factione, calliditate, promissioe, seu cōmoditate: aut